



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 16. Papæ responsum ad Reformationis articulum a Cæsare propositum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](#)

## §. XVI.

Sæcul. XVI.

A. C. 1503.

*Papæ responsum ad reformationis articulum a Cæsare propositum.*

Succedebat sermo tangens reformatio-  
nem capitum, quod æque, ac mem-  
bra emendari Cæsar postulabat: ad hunc  
itaque articulum Moronus Cardinalis  
hæc respondere a Papa jubebatur; „Pa-  
ratus est Pontifex ad libenter exci-  
pienda Cæsaris consilia, sed non potest  
„de hoc agi in Synodo, quin simul a-  
gatur de Pontificia auctoritate, quod  
„ab animo Cæsaris longe aberit: nam  
„nunquam in more positum comperi-  
tur, a Concilio Pontifici normam præ-  
scribi, præsertim vero dum hic ad se-  
metipsum reformandum præsto est, id-  
que re ipsa perficit. Ceterum fas non  
nest Concilio, legem Pontifici præscri-  
bere, quando omnis Concilii sanctio  
neatenus vim legis obtinet, quatenus a  
confirmatione Pontificis illam vim ac-  
cipit, porro sicuti magnam absurdita-  
tem redoleret, si imperii subditi vel-  
lent Imperatori legem imponere: ita  
multo minus inest Laicis Principibus  
potestas, vi cuius legem dare Pontifici  
possent: quinimo Ecclesiæ mos constans  
fuit, ut Pontifices suas constitutio-  
nes comprobante Concilio ederent, Im-  
peratores vero illis subscriberent, &  
„exe-

*Pallav. n. 6.*

Sæc. XVI.  
A.C. 1563.

„exequendas curarent: ideo obstringi-  
„tur Cæsar, tanquam Advocatus, ac  
„propugnator Ecclesiæ, ut illius capiti-  
„patrocinetur, nec se conjungat illis,  
„qui eidem adversantur; neque par est,  
„ut Principes emendationis, ac Reli-  
„gionis obtentu studeant in Concilio  
„mercaturam exercere. „ His verbis  
indicabat Papa Pontificiæ auctoritatis  
diminutionem ab illis tentatum iri ob  
rationes politicas, sive ut ad se eam  
traherent, sive ut gratificarentur hæ-  
reticis.

### §. XVII.

*Cæsar is responsio ad omnes hujusman-  
dati Pontificii articulos.*

*Pallav. n. 7.* Ad hujusmodi caput Ferdinandus Im-  
perator his verbis respondit: „ Ea  
„res est inter ceteras maximi ponderis:  
„dubitari enim non potest, quod emen-  
„datione opus sit non solum membris  
„Ecclesiæ universalis, quæ jam a Sy-  
„nodo incepta fuerat, sed etiam Capi-  
„ti, quod est Ecclesia Romana, & ipsius  
„Episcopus: non autem est mens mea  
„per ea verba viventem notare Pontifi-  
„cem, quem maximi æstimo, prout u-  
„niversum hominum genus eundem o-  
„mimodis veneratur: ideo generatim  
„loqui volo: De cetero extra contro-  
„versiam ponitur, plurimos abusus in-  
„ductos